concedendum, *T.* 41. *n.* 39. Niſi nova cauſa emergat, *num.* 40. Poteſt tamen Eccleſia, vel Minor, reſtitui ad jus appellandi à ſententia denegatæ reſtitutionis, *num.* 41. Minor læſus poteſt contra alium Minorem petere reſtitutionem in integrum, *nu.* 42. Sicut & Eccleſia contra aliam Eccleſiam, *num.* 43. Solvitur inſtantia, *n.* 44. *& ſeqq.*

1. Reſtitutio in integrum de facto poteſt peti intra quadriennium, *T.* 41. *nu.* 56. Tempus quadriennii pro petenda reſtitutione conceſſi uno reſpectu eſt continuum, alio utile; idque declaratur, *num.* 59. *& ſeqq.* Quadriennium ejuſmodi in Minoribus incipit currere à prima die Vigeſimi ſexti anni inchoati, *num.* 60. Exceptis Minoribus, qui veniam ætatis impetrârunt, *num.* 61. In Majoribus, & Eccleſiis, quando quadriennium illud currere incipiat? *nu.* 62. Illud non currit ignoranti, *nu.* 63. Eccleſia poſt quadriennium, an poſſit aliquando petere reſtitutionem in integrum? *nu.* 64. *& ſeqq.* Eccleſiæ competit reſtitutionis remedium contra contractus, & contra ſententiam tum interlocutoriam, tum diffinitivam, *num.* 65. Sed poſt lapſum quadriennii non admittitur ad illud, niſi ob probatam colluſionem, fraudem, vel aliam rationabilem cauſam, *n.* 66. Ut, ſi læſio ſit valdè enormis, *num.* 67. Aut Prælatus malè alienans, tanto tempore ſupervixerit, *num.* 68. Vel Eccleſia læſa multas interim habuerit mutationes Prælatorum, *num.* 69. Eccleſia poteſt petere reſtitutionem etiam adverſus lapſum temporis, *num.* 72. *&* 73. Tum Judicialis, tum extrajudicialis, *num.* 74. Dempto lapſu quadriennii ad petendam reſtitutionem conceſſi, *num.* 75. Cauſa reſtitutionis adversùs lapſum temporis, finiri debet intra quadriennium, *num.* 76. Idemque dicendum de qualibet reſtitutione in integrum, *n.* 77. Quamvis hoc de conſuetudine non ſervetur, *nu.* 78. Ac etiam limitetur, quando non per Eccleſiam, ſed per Judicem, vel adverſarium ſtat, quò minus tam citò terminetur, *nu.* 79. Reſtitutio in integrum adverſus lapſum temporis, ad quantum tempus ſit concedenda? *n.* 80. *& ſeqq.* Duplex tempus in propoſito eſt diſtinguendum, nempe Tempus *intra quod*, & Tempus *ad quod*, *n.* 81.

1. Reſtitutio in integrum, in quibus cauſis locum habeat, vel non habeat? *T.* 41. *n.* 82. *& ſeqq.* An ſit danda Clerico, in renunciatione Beneficii Eccleſiaſtici graviter læſo? *num.* 83. *& ſeqq.* Vel Minori adversùs profeſſionem Religioſam? *nu.* 89. *& ſeqq.* Vel contra propriam confeſſionem Minoris? *n.* 96. Et in delictis? *nu.* 101. *& ſeqq.* Vide ſuprà ℣. *Minorennis.*

Reſtitutio in integrum poteſt tripliciter conſiderari, *T.* 41. *nu.* 105. Quos effectus habeat reſtitutio obtinenda, ſed nondum petita? *nu.* 106. *& ſeqq.* Beneficium reſtitutionis in integrum, etiam obtinendæ, eſt tranſitorium ad hæredes, & ſucceſſores univerſales, *nu.* 106. Et cur non extinguatur cum perſona? *num.* 106. Eſt magis reale, quam perſonale, *ibid.* Datur tamen aliquod beneficium reſtitutionis in integrum, quod non tranſit ad hæredes, *nu.* 108. Poteſt beneficium reſtitutionis cedi aliis, *num.* 109. Reſtitutio in integrum obtinenda, ſed nondum petita, an etiam hunc operetur effectum, ut poſſeſſorem rei per eam avocabilis conſtituat in mala fide, adeò ut fructus reſtituere teneatur? *nu.* 110. uſque ad *n.* 115. Effectus reſtitutionis petitæ, ſed nondum obtentæ, quis? *nu.* 116. *& ſeqq.* Hæc regulariter ſuſpendit executionem latæ ſententiæ, *ibid.* Reſtitutio in integrum quoad effectum ſuſpendendi executionem ſententiæ, æquiparatur appellationi, *nu.* 117. Reſtitutionis obtentæ effectus principalis eſt, quod per eam unuſquiſque integrum jus ſuum recipiat, *num.* 121. *& ſeqq.* Etiam iſtud intelligendo, de eo, contra quem impetratur; idque variè exemplificatur, *num.* 121. 122. *& ſeqq.* Utrùm obtentâ in integrum reſtitutione, v. g. fundi, etiam fructus ejus ſint reſtituendi, *num.* 126. *& ſeqq.* Reſtitutio in integrum conceſſa Minori, an etiam proſit Majori communem cauſam cum eo habenti? *num.* 136. Saltem, quando hæc individua? *num.* 137.

2. Reſtitutiones in integrum poſtulatio ab Eccleſia contra Laicum facta, recenſentur inter cauſas mixti Fori, *T.* 2. *num.* 153. Reſtitutio in integrum adversùs omiſſas probationes, an, & qualiter competat Eccleſiæ, vel Minori? *T.* 19. *num.* 178. *& ſeqq.* An reſtituatur etiam contra aliam Eccleſiam, vel Minorem? *num.* 179. An pariter poſſit reſtitui ad productionem teſtium poſt publicationem atteſtationum? *num.* 180. *&* 181. Quæ conditiones ad reſtitutionem in integrum propter omiſſas probationes requirantur? *nu.* 182. *& ſeqq.* An ſit neceſſe, probare læſionem? *nu.* 183. *&* 184. Utrùm Eccleſia, vel Minor, adversùs omiſſam probationem in una eademque cauſa ſæpius in integrum reſtitui poſſit? *n.* 185. *& ſeqq.*

Reſtituuntur in integrum Minorennes, & quandoque Majorennes, ex propria confeſſione graviter læſi, *T.* 18. *nu.* 81. Beneficium reſtitutionis in integrum competit Eccleſiis Minoribus &c. adversùs præſcriptionem contra eos completam, *T.* 26. *n.* 220.

3. Reſtitutio Rei malè extracti. Vide *Rei malè extracti reſtitutio.*

5. Reſtitutio ſimoniacè acceptorum. Vide *Simoniacè acceptorum reſtitutio.*

R. J. Reſtitutionis verbo venit omnis utilitas actoris, C. II. R. IV. *n.* 3. Si reddi poteſt & non redditur, non agitur pœnitentia, ſed fingitur, *ib. n.* 2.

— reſtitutio ab hæredibus facta an & quando juvet defunctum? *ibid. n.* 6. 7. 8.

— à reſtitutione excuſantes cauſæ, *ibid. n.* 10.

Reſtitutionis in integrum privilegium tranſit ad hæredes, C. II. R. VII. *n.* 10.

Reſtitutio in integrum minori conceſſum, C. II. R. XVII. *nu.* 5.

RESTRICTIO.

2. Reſtrictio mentalis, quæ? *T.* 18. *num.* 182. Referuntur tres Propoſitiones Innocentii XI. quibus damnantur reſtrictiones, *n.* 179.

RETORTIO.

5. Retortio injuriarum in utroque foro licita eſt, *T.* 36. *n.* 33. Si fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, *nu.* 34. *& ſeqq.* Et in continenti, *n.* 36. Poteſt etiam ſubinde fieri poſt intervallum, *ibid.*

RETRACTUS.

3. Retractus quid, & quotuplex? *T.* 17. *n.* 389. *& ſeqq.* Alius conventionalis, *n.* 390. Alius legalis, ſcriptus, & conſuetudinarius, *n.* 391. Retractus propter Dominium directum competit Domino Emphyteuſis, & Feudi, *nu.* 392. Retractus ratione Crediti quid, & cui competat? *nu.* 393. Ratione Communionis & ſocietatis quid? *n.* 394. Retractus ratione Territorii quid? *nu.* 395. Retractus ratione ſanguinis, ſeu gentilitius, quid? *n.* 396. Retractus competens Fiſco ratione Metallorum, *n.* 397. Quinam Retractus de Jure adhuc valeant? *n.* 398. Et qui non? *n.* 399. In Germania valet Retractus gentilitius ſeu jure ſanguinis, *n.* 400. Sola bona immobilia retrahi poſſunt, *n.* 401. Legitimè retrahere volens, debet unà cum expenſis dare totum pretium à priore Emptore ſine dolo oblatum, *n.* 402. Etſi malus juſto ſit, *n.* 403. Item debet Emptori refundere factas interea

in

in rem impenſas neceſſarias, & utiles, non item voluptuarias, *n.* 404. Debet intra annum, & diem retrahere, *num.* 405. Idque ſuo non alterius nomine aut commodo, *nu.* 406. Retrahere poſſunt omnes venditores conſanguinei, etiam Clerici, non item Religioſi, *num.* 407. Qui proximior eſt ſanguine, reliquos præcedit, *nu.* 408. Si eſt legitimus, *ibid.* Quid ſi plures in gradu æquales? *num.* 409. Poteſt quis renuntiare Juri Retractus, *nu.* 410. Tacitè & expreſsè, *nu.* 411. Tacitè quando cenſeatur renuntiare? *nu.* 412. *& num. præcedenti.* Retractus locum non habet, quando Contractus eſt nullus, *nu.* 413. Compendioſa collatio eorum, quæ de Jure Retractus, ſtatuta Bavariæ diſponunt, *n.* 414.

R. J. Retractari non debet factum legitimè &c. ℣. *Factum.*

REVALIDATIO.

4. Revalidatio Matrimonii invalidè contracti, a. *n.* 585. *& ſeqq.* Ad eam requiritur novus conſenſus utriuſque conjugis, *ibid. & ſeq.* Requiritur etiam, ut pars nullitatis ignara certioretur de nullitate, *num.* 587. Probatur variè, *n.* 588. *& ſeqq.* Solvitur objectio, *num.* 591. *& ſeqq.* Dum ignorans certior fit de nullitate prioris Matrimonii, non eſt neceſſe revelare nullitatis cauſam, *n.* 595. Duo ſecuri modi notificandi nullitatem Matrimonii, *n.* 596. *& ſeqq.* Qualiter in praxi diſponendus ſit ignorans nullitatem, ut ad novum Matrimonium conſentiat, *nu.* 601. *& ſeqq.* Alius modus, *n.* 603. Conſenſus debet dari per verba de præſenti, *n.* 604. Juxta aliquos ſufficit notitia & conſenſus unius, *n.* 605. Probabilius tamen eſt, requiri utriuſque notitiam & conſenſum novum in quovis caſu, *n.* 606. *& ſeqq.*

Revalidatio Matrimonii nullius ob impedimentum publicum de novo requirit præſentiam Parochi & teſtium, *num.* 610. Secus ſi eſt occultum impedimentum, *num.* 611.

REVELARE.

5. Revelare furem, vel rem furtivam quinam teneantur? *T.* 18. *n.* 47. *& ſeqq.*

REVISORIUM.

2. Reviſorium, unde traxerit originem? *T.* 28. *n.* 18. Reviſores, qui? *T.* 28. *n.* 48. Hodie uſus ſupplicandi propemodùm ab Aulis receſſit, & in ejus locum ſucceſſit Reviſio, *ibid.* Reviſio hujuſmodi, quæ habeat ſpecialia? *n.* 49. Et quomodò differat à Supplicatione, & Appellatione, *ibid.*

REVOCATIO.

3. Revocatio, ac mutatio Teſtamenti, à quovis fieri poteſt, *T.* 26. *nu.* 738. Dummodo in ſecundo Teſtamento mentionem faciat, quod non obſtante tali obligatione velit revocatum Teſtamentum, *n.* 739. *& ſeqq.* Qui juravit ſe non revocaturum Teſtamentum, revocare illud non poteſt, *numer.* 741. Limitatur hoc, *num.* 742. Quomodo revocari poſſit Teſtamentum nudis verbis? *nu.* 743. *& ſeqq.* Et quomodo Facto? *num.* 476. Revocatur Facto, Cancellatione, Inductione, inuſſione, Deſtructione &c. *ibid. & num. ſeqq.* Quando & quomodo cenſeatur revocatum per deletionem unius vel plurium in teſtamento poſitorum? *nu.* 349. *& ſeqq.* Teſtamento facto revocatur per poſterius, etſi non ſortiatur ſuum effectum, *nu.* 754. Et in priori ſit inſtitutus hæres ex *Aſſe*, in poſteriori autem in re certa, *nu.* 755. Dummodo poſterius ſit ritè factum, *nu.* 756. Teſtamentum prius ſolemne revocatur, & rumpitur per poſterius privilegiatum, *num.* 757. *& ſeqq.* Ad Acta datum revocatur poſterius in abſentia Actorum erectum, *nu.* 759. Specialis Conſtitutio circa revocationem Teſtamenti parentum inter liberos, *nu.* 760. *& ſeq.* Practica inſtructio circa Revocationem Teſtamenti, *n.* 762.

3. Revocatio aliarum voluntatum præter Teſtamentum etiam fieri poſſunt, *T.* 26. *n.* 763. *& ſeqq.* Et quomodo? *n.* 764. *& ſeqq.*

REUS.

1. Reus captus poſt latam ſententiam mortis poteſt fugere; & cur? *T.* 2. *numer.* 224. An in hunc finem poſſit vincula, & Carceres perfringere? *n.* 225.

2. Reus, unde ſic dicatur? *T.* 1. *n.* 9. Reus ſi habeat multiplicem Forum, in electione Actoris eſt, eum in quo maluerit Foro convenire, *T.* 2. *nu.* 6. Reus coram incompetente Judice conventus, impunè non comparet, opponendo exceptionem declinatoriam Fori, *num.* 7. *& ſeqq.* Vide ſuprà ℣. *Forus.* Reus, qui fugit, an ſit remittendus ad locum delicti? *T.* 1. *num.* 61. Vide ſuprà ℣. *Remiſſio Reorum.* Si ſuper Clericatu Rei, ſeu malefactoris per Judicem Laicum capti, & dicentis, ſe eſſe Clericum, oriatur quæſtio, an, & qualiter cognitio hujus cauſæ ſpectet ad Judicem Eccleſiaſticum? *T.* 2. *nu.* 273. *& ſeqq.* Reo invito, non debet quis intrare domum ejus cauſâ citandi, *T.* 3. *nu.* 8. Vide ſuprà ℣. *Citatio.* Reus conventus non cogitur reconvenire Actorem: ſi tamen vult, tenetur eum reconvenire coram eodem Judice, *T.* 4. *num.* 3. *&* 4. Vide ſuprà ℣. *Reconventio.* Reus, an Actore plus petente poſſit ſimpliciter negare totam petitionem? *T.* 11. *n.* 20. *& ſeqq.*

2. Reus contumaciter abſens, quomodo ſit citandus? *T.* 14. *nu.* 81. *& ſeqq.* Contra Reum contumaciter abſentem non poteſt procedi, lite necdum conteſtatâ; & cur? *n.* 88. *& ſeqq.* Benè tamen contra Actorem contumaciter abſentem, *num.* 84. Major eſt contumacia Actoris quàm Rei, *num.* 88. Magis præſumitur contra Actorem, quàm contra Reum contumaciter abſentem, *nu.* 89. Rei in Jure appellantur *Fugientes*; & cur? *ibid.* Cur non fruſtrà ad inſtantiam Rei fiat Proceſſus ſuper cauſa principali, Actore contumaciter abſente, ſicque nihil probante? *n.* 90. *& ſeqq.* *Actore non probante Reus abſolvitur*, quomodo intelligendum? *n.* 91. Reo contra Actorem contumaciter abſentem, competunt quatuor Juris Remedia; & quæ? *T.* 14. *n.* 92. *& ſeqq.* In arbitrio Rei eſt unum ex dictis remediis contra Actorem contumacem eligere, *n.* 106.

Reus in prima citatione contumax, ſecundò & tertiò citandus eſt, *T.* 14. *n.* 107. *& ſeqq.* Reus qui tantùm fuit contumax in prima citatione, non item in ſecunda, vel tertia, an debeat condemnari Actor in Expenſis? *nu.* 112. *& ſeqq.* Affirmativa ſententia eſt vera, *n.* 113. *&* 114. An ſi Reus ad primam citationem dixerit, ſe nolle comparere, is denuò ſit citandus? *n.* 115. *& ſeqq.* Affirmatur, ſi extra judicium ita reſponderit: ſecus, ſi in judicio, *num.* 115. 116. *& ſeqq. & n.* 121. Quid agendum cum Reo extra judicium reſpondente, ſe nolle comparere? *n.* 119. Præſertim, ſi in termino citationis non comparuerit? *num.* 120. Et quid, ſi in judicio ita reſponderit? *num.* 121. Judex antequam procedat ad infligendas Reo abſenti pœnas, debet eum declarare contumacem, *nu.* 122. Attendendo priùs, an non habeat juſtam cauſam abſentiæ, & aliqualiter expectando, *num.* 123. Si Reus citatus veniat intra terminum prorogatum citationis, vel poſteà, quid proſit? *n.* 125.

2. Rei contumacis pœnæ ſunt plures; & quæ? *T.* 14. *num.* 126. *& ſeqq.* Has non incurrit, qui ſolùm citatur, ut veniat, ſi ſua intereſſe putaverit, *numer.* 127.

127. Reus contumax, & poſtea veniens, non auditur, niſi refuſis Actori expenſis, & præſtita cautione de Judicio ſiſti, *nu.* 129. Ob Rei contumaciam mittitur Actor ex primo Decreto in poſſeſſionem rei petitæ, *n.* 130. Ac poſt annum Actor conſtituitur verus Rei petitæ poſſeſſor, *num.* 131. Ob Rei contumaciam poteſt quandoque Judex ſequeſtrare fructus rei petitæ, *n.* 132. Sed non niſi concurrentibus certis circumſtantiis, *n.* 133.

Reus contumax poteſt mulctari à Judice, T. 14. *n.* 134. Etiam altera parte non petente, *n.* 135. Hæc mulcta eſt arbitraria, *num.* 136. Et habet locum duntaxat in verè contumace, non autem in fictè contumace, *nu.* 137. Et an tunc Reus debeat de novo citari? *num.* 138. Reus contumax poteſt realiter citari? *n.* 139. Ac excommunicari, *n.* 140. *& ſeqq.*

2. Reus contumax habetur pro præſenti in ſui præjudicium, T. 14. *num.* 143. Hinc poteſt Judex contra eum procedere per miſſionem in poſſeſſionem bonorum ejus &c. *n.* 144. Et ſi lis jam erat conteſtata, procedere uſque ad ſententiam diffinitivam &c. *nu.* 145. Ratione contumaciæ Rei, An, & quando detur Actori vera poſſeſſio rei petitæ? *nu* 145. *&* 146. Reus contumax perdit beneficium appellandi, *n.* 145. Intelligendo iſtud de Reo contumace in non veniendo: ſecùs, in non exhibendo, & cur? *n.* 148. Item de Reo verè contumace, & non tantùm fictè, *num.* 149. Alia Rei contumacis pœna eſt litis damnum; & quomodo? *n.* 150. *&* 151. Pœna Rei contumacis in non reſpondendo, vel obſcurè reſpondendo, quæ? *n.* 152. *&* 153. Aliæ contumacium pœnæ, *n.* 154.

Reus antequàm ex propria confeſſione condemnetur ad mortem, debet conſtare de corpore delicti, T. 18. *nu.* 65. In criminalibus ad excludendam appellationem plures requirunt, quòd Reus ſimul & confeſſus, & convictus ſit, *n.* 66. Ponitur verior ſententia aliorum, *nu.* 70. Reus quibus modis cenſeatur eſſe convictus? *n.* 69.

Reus de ſe confeſſus, an poſſit interrogari de ſociis Criminis? T. 18. *n.* 96. *& ſeqq.* Reus de ſe confeſſus poteſt interrogari de ſociis in delictis occultis, & difficilis probationis, *num.* 106. Ad quid valeat confeſſio, ſeu nominatio ſocii criminis, per Reum de ſe confeſſum facta? *num.* 107. *& ſeq.* Confeſſio rei per torturam extorta, an probet? T. 18. *n.* 137. *& ſeqq.* Vide ſuprà ℣. *Confeſſio per torturam.* Reus tortus, qualiter cenſeatur perſiſtere in confeſſione? T. 18. *num.* 148. Vide infrà ℣. *Tortura.* Confeſſio criminis, emanata ſub ſpe impunitatis, an ſufficiat ad condemnandum Reum? *n.* 149. *& ſeqq.*

2. Reus, an Judici non ſervato Juris ordine interroganti, teneatur fateri veritatem? T. 18. *numer.* 154. *& ſeqq.* Poteſt Reus tunc Judicis interrogationem artificio eludere, non autem mentiri, *nu.* 155. Ut Reus cenſeatur interrogari ſervato Juris Ordine, quid requiratur? *num.* 156. *& ſeqq.* Reum nequit Judex interrogare de occultis criminibus, ſi nulla præceſſit infamia &c. *num.* 157. *& ſeqq.* Reus dubitans, an juridicè interrogetur, utrùm teneatur confiteri veritatem? T. 18. *num.* 160. *& ſeqq.* An & ſub qua obligatione, Judici legitimè interroganti Reus teneatur fateri veritatem? *num.* 163. *& ſeqq.* Reo juridicè interrogando ſolet anteà imponi juramentum de veritate dicenda, *nu.* 164. Et quid in cauſis criminalibus gravioribus, vel capitalibus juridicè interrogatus, ſub gravi obligatione teneatur fateri veritatem? *n.* 167.

Reus juridicè interrogatus peccat mortaliter, ſi non fateatur veritatem, T. 18. *nu.* 163. *&* 167. *ac ſeqq.* Nec durante ſuâ pravâ intentione hanc negandi, poteſt ſacramentaliter abſolvi, *num.* 168. Iſtud non debet videri nimis durum; & quomodo intelligendum? *num.* 169. *&* 170. An Reus qui negavit, teneatur ſe offerre Judici ad fatendam veritatem? *nu.* 169. *&* 170.

Reus ex præſumptione falſa à Judice interrogatus, an teneatur confiteri propoſitionem veram, ubi iſtâ confeſsâ condemnandus eſt in Foro externo de crimine, aut debito, ad quod reverà in Foro Conſcientiæ non tenetur? T. 18. *n.* 171. *& ſeqq.* Status Quæſtionis declaratur exemplis, *nu.* 171. *&* 172. Quantum attinet ad Forum Conſcientiæ, probabilis eſt ſententia negativa, *n.* 172. *& ſeqq.* Eaque pluribus probatur, *nu.* 173. *&* 174. In Foro tamen externo eſt procedendum juxta exigentiam præſumptionis, *n.* 175. Solvuntur objectiones, *n.* 176. *& ſeqq.*

2. Reus non habet in ſua poteſtate, quando conveniatur, T. 19. *n.* 124. Si præſumptio Juris ſtet pro Actore, tunc onus probandi transfertur in Reum, *nu.* 126. *&* 127. Idem contingit in nonnullis aliis caſibus; & quibus? *n.* 128. *& ſeqq.* Quid Juris, ſi Reus ſponte in ſe ſuſcipiat onus probandi? *n.* 133. *& ſeqq.* ſi plenè probatur Reum deliquiſſe, non auditur Reus volens probare, ſe non deliquiſſe, mediante purgatione canonicâ, *nu.* 134. Secùs, ſi indirectè per teſtes id probare velit, *nu.* 135. Reus ſuſcipiens in ſe onus probandi, eſt audiendus, *n.* 136. *&* 137. Quid commodi reportare poſſit Reus, ſuſcipiens in ſe onus probandi? *nu.* 138. Etiam ſi Reus ſe aſtrinxiſſet ad probandum, & deficeret in probatione, non debet condemnari, ſi nec Actor probaverit, *n.* 139. Dummodo Reus ad id ſe non obligarit ſub amiſſione cauſæ, *nu.* 140. Ad Rei defenſionem, ſeu probandam ejus innocentiam, admittuntur teſtes criminoſi, T. 20. *n.* 67. Item Domeſtici, Conſanguinei, *n.* 125. Ad probandam Rei innocentiam ſufficit præſumptiva, & dubia probatio, ſi Actor plenè non probet, T. 19. *n.* 63.

Rei examen ſuper crimine admiſſo debet fieri in genere, gradatim deſcendendo ad magis ſpecialia, T. 20. *n.* 520. Rei confeſſio per ſuggeſtionem extorta, non ſufficit ad condemnandum &c. *n.* 152.

Reus inſtrumenta ſua debet edere Actori, quando ipſis eſt uſurus in Judicio; & qualiter? T. 22. *nu.* 234. *& ſeqq.* Secùs, ſi ipſis in Judicio non eſt uſurus, *num.* 242. *& ſeqq.* Quamvis teneatur reſpondere ad poſitiones Actoris: & quæ diſparitas? *nu.* 243. Actor tenetur edere Reo Inſtrumenta ad fundandam hujus exceptionem: & cur? *n.* 244. Reus excipiendo fit actor; & quomodo? *ibid.* Inſtrumenta communia tenetur Reus edere Actori petenti &c. *n.* 245. *& ſeqq.* Regula illa, *Reus non tenetur Actori ſua propria inſtrumenta edere*, plures patitur limitationes; & quas? *n.* 250. Reus tenetur edere ſua inſtrumenta Fiſco agenti contra illum, *nu.* 251. Privilegium iſtud extenditur ad Eccleſias, aliaque Loca pia; item ad cauſam Matrimonialem, &c. *num.* 252. Quando Actor habet intentionem ſuam in Jure fundatam, tenetur Reus conventus edere privilegium in oppoſitum, *num.* 254.

2. Reus ob ſolas vehementes præſumptiones in cauſis criminalibus non eſt condemnandus, ſed torquendus, &c. T. 23. *num.* 70. An tali Reo pœna extraordinaria poſſit injungi? *n.* 71. *& ſeqq.* Dicere, quòd quis majore, vel minore pœnâ ſit afficiendus, eò quòd delictum magis vel minùs fuerit probatum, eſt inconveniens, *num.* 72. Poteſt tamen Reo propter ipſa indicia, quæ de ſe mala ſunt, pœna extraordinaria imponi, *n.* 73.

Reus excipiendo fit actor, T. 25. *numer.* 24. Sed actor neceſſarius, *nu.* 99. Reus tenetur probare ſuam exceptionem intra terminum à Judice præfigendum, *num.* 23. 24. *& ſeqq.* Vide ſuprà ℣. *Exceptio.* Reo per ſententiam diffinitivè abſoluto, datur exceptio rei judicatæ &c. T. 27. *nu.* 146. Secùs, ſi abſolvatur duntaxat ab obſervatione Judicii, *n.* 147. Reus in actione Injuriarum condemnatus, efficitur infamis; niſi injuria foret minima, *n.* 148. Reus convictus in Judicio, ſimulque confeſſus, appellare prohibetur, T. 18. *n.* 67. 68 *&* 70. *&* T. 28. *num.* 297. Vide ſuprà, ℣. *Appellare*, & ℣. *Appellatio.*

3. Reus ad locum ſacrum confugiens, debet recipi, T. 49. *nu.* 156. De quibus bonis ſuſtentari debeat, *n.* 157. Non poteſt extrahi è loco ſacro, *num.* 160. Nec ibi etiam conſentiens capi, *num.* 161. Neque carcerari, aut vinculis conſtringi, *nu.* 171. Habet etiam alios favores, *n.* 162. *& ſeqq.*

Rei ad locum ſacrum confugientis cuſtodia, T. 49. *n.* 172. *& ſeqq.* Gaudens Aſylo non poteſt, nec debet cuſtodiri aut carcerari in loco ſacro, *num.* 172. Benè tamen extra illum, *n.* 173. Quando dubium eſt, vel conſtat, crimen eſſe exceptum, tenentur Rectores Eccleſiæ cuſtodire Reum, ne elabatur, ſi fuerint requiſiti, *n.* 174. Ipſa tamen Curia ſæcularis in ipſo loco ſacro cuſtodire Reum non poteſt, *num.* 175. Niſi à Rectore Eccleſiæ fuerit requiſita, *num.* 176. Aut Rector Eccleſiæ requiſitus cuſtodire recuſet, *n.* 177.

Rei quando, & quomodo extradi Curiæ ſæculari debeant? T. 49. *num.* 178. Rector Eccleſiæ Reum invitum tradere non poteſt Curiæ ſæculari, *nu.* 178. Secus ſi ipſe exire velit, *num.* 179. Tradere etiam poſſunt, & debent Reum criminis excepti, ſi fuerint requiſiti, *n.* 180. Abſque hoc quod petant juramentum de non inferenda pœna mortis, aut proteſtationem faciant, *nu.* 181. Nec eſt neceſſaria licentia Epiſcopi ad talem traditionem, *nu.* 182. *& ſeq.* Dummodo certò conſtet, crimen eſſe exceptum, *num.* 184. Et requirantur à Poteſtate ſæculari, *nu.* 185. Quando per Epiſcopum tradi poſſint, & debeant? *n.* 198.

Rei extractio è loco ſacro, an & quando fieri poſſit per curiam ſæcularem? T. 49. *num.* 186. *& ſeq.* Quomodo cum extracto procedere poſſit, & debeat Poteſtas ſæcularis? *num.* 188. Compendioſa, & practica inſtructio circa materiam Aſyli occurrente dubio de crimine excepto, *n.* 189. *& ſeqq.*

3. Rei malè extracti, aut extraditi reſtitutio, T. 49. *nu.* 203. *& ſeqq.* Vi extractus abſque licentia Epiſcopi debet iterum reſtitui, *num.* 203. Etſi notoriè conſtet, Reum commiſiſſe crimen exceptum, *num.* 204. Reus etiam licitè extractus iterum reſtitui debet, ſi pro eo judicet Epiſcopus, *nu.* 205. Et quidem eidem Eccleſiæ, vel loco, à quo fuit extractus, *n.* 206. Nec ſufficit, eum reſtituere Epiſcopo, vel Vicario Generali, *num.* 207. Reſtitutio debet eidem Eccleſiæ fieri publicè, *n.* 208. Non ſufficit excarceratio Rei, *n.* 209. Debet etiam fieri reſtitutio bonorum, & reſarcitio damni, *n.* 210.

4. Reo potius favendum eſt, quàm actori, T. 1. *num.* 49.

5. Reus an poſſit blandis verbis, aliiſque modis, & remediis, vel arte involvi, aut induci ad fatendam veritatem? T. 1. *nu.* 224. *& ſeq.* Ac interrogari de ſociis criminis, *n.* 221.

Reus an poſſit vel debeat ſub juramento interrogari? T. 1. *num.* 222. Et quid ſi perjurium committat? *num.* 223.

Reus in judicio crimen ſine tortura confeſſus, non amplius poteſt reclamare contra nullitatem proceſsûs, T. 1. *n.* 215.

Reus intra terminum peremptoriè præfixum in cauſa criminali non comparens, vel non reſpondens pro contumaci declaratur, & ſententiatur, T. 1. *numer.* 452.

R. J. Reus quis dicatur, C. II. R. XI. *n.* 3.

Rei favorabiliores habentur, quàm actores, C. II. R. XI. *n.* 1. 6. 7. 8. R. XXXII. *n.* 3. 10. *&c.*

Anacleti Reiffenſtuel Repertorium.

Reus poteſt uti pluribus exceptionibus, C. II. R. XX. per tot.

Reus appellans fit actor, C. II. R. XX. *n.* 9.

Reus ſi Judicem ſemel agnovit ut incompetentem recuſare non poteſt, C. II. R. XXI. *n.* 9.

R. J. Reus gaudet multis à Jure quibus actor non gaudet, C. II. R. XXXII. *n.* 10. 11. 12. 13. *&c.*

Reus quomodo poſſit negare factum, quod videt actorem probare non poſſe? C. II. R. LXIII. *num.* 6. 7. *&* 9.

REX.

5. Reges, vel Imperatores ab Epiſcopis cenſurâ Eccleſiaſtica ligari non poſſunt, T. 39. *n.* 20.

RIGOR.

R. J. Rigor quando adhibendus, C. II. R. II. *n.* 7.

ROMANA CURIA.

2. Romana in Curia poteſt quilibet tum Clericus, tum Laicus ſuper cauſis ſpiritualibus conveniri, T. 2. *n.* 106. Solvitur inſtantia ex Concilio Tridentino, *n.* 107.

RUBRICA.

1. Rubricarum nomine, quid in Jure intelligatur? P. *nu.* 92. Rubricæ Decretalium, Clementinarum, & Extravagantium ſunt authenticæ, *n.* 93. Non item Rubricæ Decreti Gratiani, *n.* 94. Etiam loquendo de prima ejuſdem Rubrica, *num.* 95. Rubricæ Decretalium &c. rectè allegantur ad deciſionem cauſarum, *nu.* 96. *& ſeqq.* Et quidem ad quatuor potiſſimum effectus, *nu.* 99. *&* 100. *& ſeqq.* Ex pluribus Lecturis ejuſdem Canonis prævalet, quæ magis convenit Rubricæ ſuæ, *nu.* 104. Rubricæ quædam continent perfectum ſenſum, aliæ non, P. *nu.* 98. Valet argumentum à Rubro ad Nigrum, *num.* 96. Dummodo nigrum non contradicat Rubro, *num.* 97.

RUBRUM.

2. *Rubro* quandoque generalius eſt *Nigrum*, T. 15. *num.* 1.

RUMOR.

2. Rumor quid? & quomodo differat à Fama? T. 20. *num.* 392.

RUPTIO.

3. Ruptio Teſtamenti, quid, & quomodo fiat? T. 26. *num.* 734. *& ſeqq.*

RUSTICUS.

2. Ruſticus equo uti non debet: & ſi utatur, expenſæ idcirco factæ, non ſunt ei tanquam teſti reficiendæ, T. 20. *num.* 442.

S.

SACERDOS.

1. Sacerdos eſt Chriſtus Dominus, T. 1. *num.* 130. *& ſeqq.* Sacerdos ſolus poteſt conficere Euchariſtiam, *num.* 136. Sacerdos non Epiſcopus an ex privilegio Papæ poſſit conferre Ordines præſertim ſacros? T. 13. *nu.* 14. *& ſeqq.* Per ſacerdotem ſimplicem poteſt conferri Sacramentum Confirmationis ex conceſſione Papæ, *num.* 22. Sacerdotum poteſtas in corpus Chriſti verum poteſt ſtare ſine poteſtate in Corpus Chriſti Myſticum, ſed non è contrà; & cur? T. 16. *num.* 15. *&* 16. Sacerdoti ſimplici poteſt Papa delegare poteſtatem conferendi certos Ordines, confirmandi, reconciliandi Eccleſias &c. T. 29. *n.* 85.